Bequeathed
by Tho.s Tyrwhitt Esq.r
1786

1.6..
1089. L 19

LONGINUS

ΠΕΡΙ

ΥΨΟΥΣ.

Longinus (D. C.) /c

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ
ΠΕΡΙ
ΥΨΟΥΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONYSII LONGINI
DE
SUBLIMITATE
LIBELLUS,

Cum Præfatione de Vita & Scriptis Longini, *Notis, Indicibus, & Variis Lectionibus.*

OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO, *Anno* MDCCX.

Proſtat apud *Joan. Wilmot* Bibliopolam *Oxon.* qui diſtrahit etiam Exemplaria *Dionyſii Perieget*æ cum *Euſtathii* Commentariis.

MVSEVM
BRITAN
NICVM



VIRIS

EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS,

OPTIMARUMQUE LITERARUM LAUDE

FLORENTISSIMIS,

Dno *Henr. Newtono* LL. D.

A SERENISSIMA

MAGNÆ BRITANNIÆ REGINA

AD CELSISSIMUM

ETRURIÆ PRINCIPEM

LEGATO,

ET

Dno *Anton. Mariæ Salvino,*

GRÆCARUM LITERARUM

IN

ACADEMIA

FLORENTINA

PROFESSORI,

AUREOLUM HUNC

LONGINI

ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ

LIBELLUM,

OPERA INDUSTRIAQUE SUA

QUASCUNQUE

DENUO PERPOLITUM,

IN PERPETUUM SUÆ

ERGA ILLOS OBSERVANTIÆ

MONUMENTUM,

QUAM HUMILLIME

DICAT

IN

ACADEMIA

FLORENTINA

EDITOR

PRÆFATIO

De Vita & Scriptis *Longini*, novaque hac Libelli ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ Editione.

DIONYSIUS[1] *Longinus patre natus eſt (ut conjicimus) non indiligente nec indocto: quo autem nomine appellaretur, ex vetuſtatis incuria nobis incompertum eſt. Matrem habuit Phrontonidem*[2]*, ſororem Cornelii Frontonis Oratoris, (Plutarchi Chæronenſis nepotis*[3]*) qui Athenis eloquentiam magna cum laude docuit, & moriens Longinum noſtrum hæredem reliquit. Fronto quidem patria Syrus, domo Emiſenus erat; unde Longinum ex Syria oriundum ſuſpicatus eſt Gabriel à Petra: cui opinioni nonnihil favet lapis antiquus, non ita pridem effoſſus*[4]*, qui teſtatur Longinos Samoſatis in Syria olim habitaſſe. Nequaquam tamen Syrum exſtitiſſe contendit Faber ex Vopiſci teſtimonio*[5]*, quod non obſcure indicat Longinum linguam Syriacam plane ignoraſſe; ac proinde (ut veriſimile eſt) originem aliunde traxiſſe. Joan. Jonſius, qua auctoritate neſcimus, Athenienſem vocat: forſan quod ſic Græce ſcriberet, ut Athenis natus eſſe videretur. Verum Gerardus Langbainius, Vir doctiſſimus, Phaſelitem putat; hoc ductus argumento, quod Nicandri Scholiaſtes diſertim laudet Dionyſium Phaſelitem* ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως*, quem (inquit) ab hoc noſtro non diverſum eſſe facile credet, qui ex*[6] *Suida didicit in Antimachum ſcripſiſſe Longinum. Prima adoleſcentia una cum parentibus*[7] *plurimas regiones*

1 *Caſſius* adjicitur à nonnullis ex *Suida*. Vide Teſtim. IX. Ante Longini noſtri tempora Caſſius quidam Longinus Syriæ præſes erat. 2 Vide Teſtim. XI. 3 Teſte *Rualdo* in vita Plut. ex Sarisb. 4 In comitatu Ceſtriæ, cum hac inſcriptione, FLAVIUS LONGINUS TRIB. MIL. LEG. XX. LONGINUS FILIUS EJUS, DOMO SAMOSATA. 5. Vide Teſtim. XIII. 6. Vide Teſtim. IX. Vereor ut hoc elici poſſit ex *Suida* verbis. 7. Vide Fragm. 1.

perluſtravit,

perluſtravit, ut optimarum artium ſtudiis penitius imbueretur, & viros illius ævi celeberrimos, & in his Ammonium [1] *& Originem, inviſeret & audiret. Athenis etiam aliquamdiu verſatum eſſe, fidem facit* ἀπαρεμφάτον *illud Porphyrii* [2] περὶ Φιλοσόφου ἱστορίας, *ubi ſe à Longino, Athenis* Πλατωνείως *celebrante, inter alios convivio exceptum tradit. Quod non mediocres in Philoſophia progreſſus fecerit, non ſolum ex Eunapio* [3] *& librorum (qui temporis injuria perierunt) titulis licet colligere; ſed & ex eo quod Porphyrius, acerrimi ingenii vir, illum pro præceptore* [4] *habuerit. Nec obſtat illud Plotini* [5] *effatum; Longinum philologum eſſe, philoſophum nequaquam: cum ſæpe evenit, ut inter quos magnæ laudis æmulatio eſt, inter eos aliqua intercederet obtrectatio. Verum, utut illud ſe habeat, Longinum ad maximam famam & dignationem ex re Critica perveniſſe indicio eſt, quod Athenis (ut credimus) id ei datum eſſet negotii, ut quæ ſcriptorum* [6] *γνήσια erant, quæ* νόθα, *diſcerneret; tantumque ejus tribueretur judicio, ut aliorum de Auctoribus ſententia tum demum rata foret, quum eam ſuo calculo comprobaverat Longinus. Ex hac nominis celebritate Longinum ad ſe accivit Zenobia* [7]*, Heroina nobiliſſima & illuſtris Palmyrenorum Regina: quæ, cum ſacrarum* [8] *literarum amore ſingulari flagraret, non alio uti voluit in Græcis magiſtro quam Critico noſtro. Quo factum eſt ut Zenobiæ, poſtquam ejus perſpexerat ingenium belli ac pacis artibus pariter idoneum, non tam ſtudiorum moderator haberetur, quam rerum gerendarum arbiter. Itaque cum Syria maxime concuſſa erat, arma ei infeſta movente Aureliano, Reginæ placuit Longinum cum primis in conſilium adhibere: qui feminæ viriles addidit animos, auctorque illi fuit ut paulo acrius & liberius Imperatoris literis reſponderet. Ea res Longino exitio fuit. Nam victa captaque Zenobia ne tantillum quidem de ferocia ſua remiſit Aurelianus; ſed Reginæ amicis eo magis ſuccenſuit: compertoque aut ſuſpecto epiſtolam il-*

1 Vide Fragm. I. 2 Vide Teſtim. XI. 3 Vide Teſtim. IV. 4 Vide Teſtim. IV. 5 Vide Teſtim. I. & VI. 6 Vide Teſtim. IV. 7 Vide Teſtim. XIII. 8 Nam Zenobia exiſtimatur ad Moſis doctrinam acceſſiſſe. Vide Teſtim. VII.

lam

lam ſuperbiorem à Longino [1] *dictatam fuiſſe,* [2] *ſtatim tollendum interficiendumque curavit. Tam* [3] *fortiter quidem obiit Longinus, ut alios, ejus calamitatem indigne ferentes, quam maxime conſolaretur: atque morte licet æque immatura ac immerita ereptus eſt, plurima tamen ſcripta, eaque non vulgaria, reliquit; quorum* τίτλους *partim Cl. Langbainii (ſc. uſque ad num. 20.) verbis, partim noſtris exhibere operæ pretium eſſe duximus.*

4 1 Πρὸς [5] τὸν Φειδίαν. *Commentarium* crediderim *in orationem contra Phidiam*; (forte Μειδίαν,) quæ *Demoſthenis* eſt.

2 Ἀπορήματα [6] Ὁμηρικά, *Dubia Homerica.* Eorum liber V. citatur ab *Homeri* Scholiaſte, Ιλ. β. ubi Draconem paſſeres devorantem *Sthenium* vocatum refert. Ὅτι δὲ ἰσόμηνις Διονυσίῳ ἐν τῷ ε. τῶν Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν etiam libros ſex conſcripſit *Ariſtoteles. Laërt.*

3 Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος; *An Homerus fuerit Philoſophus?* Apud *Laërtium* (*in Pyrrhone.*) Sunt qui *Scepticorum* Principem putant. Et (*ib. l.* 2.) *Anaxagoræ* ſuccenturiat *Horatius,* (*Epiſt. l.* 1.) hoc ei elogium ferens,

—— *Quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,*
Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit.

4 Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις, *Quæſtiones & ſolutiones Homericæ.* Ex quo muſtaceo laureolam antea captarant haud pauci. Puta [7] *Heraclides Ponticus libb.* 2. λύσεων Ὁμηρικῶν, quos vertit & in lucem dedit *Geſnerus,* titulo *Allegoriarum* in *Homeri* fabulas. *Porphyrii* etiam ζητήματα Ὁμηρικά, majoris operis progymnaſmata, ad nos deduxit ævi fluxus; reliquis ejuſdem nominis abſorptis.

5 Τίνα δὲ καὶ ἱστορίαι οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται, *Quæ Grammatici præter hiſtorias ut hiſtorica commentan-*

1 Vide Teſtim. XIII. 2 Idem fere accidit *H. Caſſio*, viro impenſe erudito, & Græcæ linguæ apud Oxonienſes Profeſſori Regio. 3 Vide Teſtim. V. 4 Vide Teſtim. IX. 5 Forſan τῷ κατὰ Μαν. ut intelligatur ſcriptum aliquod contra *Medium* Philoſophum, (cujus mentio fit in *Fragmentis*, p. 139.) cum quo *de partibus animæ* diſputationes habuiſſe *Longinum*, conſtat ex *Prodo* in *Platonis πολιτείαν*, p. 415. 6 *Longinum* operam impendiſſe *Homero*, non ſolum ex *Suida* conſtat; ſed etiam (ut notavit Cl. *Kuſterus*) ex *Euſtathio*, qui ejus aliquoties (ut ad *Iliad.* A. p. 67, 166.) meminit, *Homeri* verſus aliquot obelo notantis. 7 Potius *Heraclitus*, ut probavit *Nath. Marcius* in *præfat.* ad notas *Editioni Genevenſi* ſubjectas. Vide *Galeum* in *præfat.* ad *Opuſcula Mytholog.*

tur. In hoc etiam opere *Cæcilium* habuit facem præferentem, qui (ut ait *Suidas*) de iis scripserat, *quæ à Rhetoribus secundum historias, vel præter historias referuntur.*

6 Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινόντων λέξεων, *De dictionibus polysemis apud Homerum*; opus grammaticum, quale illud *Protagoræ* (*Laërt. ll. 5 & 9.*) de *Homeri* glossis, forte & *Demetrii* de Iliade & Odyssea: nam de *Basilide*, quem in Epitomen redegit *Cratinus*, (teste *Etymol. in* ἀείζηλον) περὶ Ὁμηρικῶν λέξεων pariter inscripto, res est extra aleam.

7 Ἀττικῶν [1] λέξεων ἐκδόσεις β'. *Atticarum dictionum Editiones duæ*: quibus in limine operis sui se in eo congerendo usum esse agnoscit *Suidas*; præivit hic etiam *Cæcilius Siculus*: quibus in eo loco subjunguntur *Lupercus*, *Pacatus*, & *Pollio Alexandrinus*. *Photius* addit *Dionysium Halicarnassæum*, *Pausaniam*, [2] *Mœridem*, Atticistas omnes, melioris notæ, quam pauncula illa *Phrynichi*, *Magistri*, aut *Moschopuli*; quibus tamen reliquorum jacturam levamus ex parte.

8 Λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Κλέωνος. (*vel* Ἡρακλέωνος) *Vocabula Antimachi & Cleonis*. *Cleones* duo, (unus *Curtii l.* 8.) poëta *Siculus*; alter (*Apollonii schol. lib.* 1.) Κυζικὸς *Argonauticorum* scriptor, à quo multa *Apollonius*. *Antimachum* talem fuisse, ut *Delio* natatore opus haberet, ex iis patet, quæ apud auctores (*Apollonii & Nicandri Scholiastas*) feruntur. Hujus æmulus & imitator (teste *Spartiano in vita*) *Hadrianus Cæsar*, *Catacrianos*, libros obscurissimos, eum imitatus scripsit. Indicio etiam sunt, tum quæ à *Nicandri* Scholiaste adducuntur, tum quod *Nicandrum* pariter ejus æmulum prædicat, & ab eo multa mutuatum; forte non in *Theriacis*, sed *Thebaïcis*: uterque enim argumentum illud tractavit. *Tzetzes* (*in prolegom. ad Lycoph.*) inter Poëtas ἐνομαζοὺς eum reponit, quales illi sunt numero quinque, *Homerus*, *Hesiodus*, *Panyasis*, (corrupte Πάνυνις) *Antimachus*, & *Pisander*. Cum *Homero* conjungit *Propertius*, *lib.* 2. *el.* 34.

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

1 Excerpta quædam ex libro hoc περὶ Ἀττικῶν ὀνόματος (uti conjicio) in *Bibl. Vatic.* asservantur *sub hoc titulo*, Λέξεις ἐκλογάδην γενικῶν ἐκλογὴ παρὰ Στεφάνῳ, καὶ Θεοδώρῳ, καὶ ἑτέροις λεξικογράφοις, Κασσιανῷ, καὶ Λογγίνῳ συνόδου. 2 Rectius *Eumæridem*.

Imo

Imo & (teste *Dione l.* 69.) præferre ausus est *Hadrianus*, qui de abolendo penitus *Homero* cogitavit, ut *Antimachum* induceret, cujus antea ne nomen quidem apud plures innotuit: ὃ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Litem dirimat *Gregorius Nazianzenus*, *Ep.* 3. qui hoc inter eos discrimen ponit, quod *Homerus* multa paucis complexus sit, hic pauca multis; eoque brevitatis palmam *Homero* defert, τοῖς πράγμασι κείνων τὸ μῆκος, ἀλλ' ὧδε τοῖς γράμμασι. Alterum etiam correctorem nactus est, *Longini* σοφιστήν, *Zoticum* scilicet, (teste *Porphyr.* de *Plotino*) & ipsum *Criticum.* operis nomen, Τὰ Ἀντιμάχου διορθωτικά. Fuit autem *Antimachus* Scriptor *Cyclicus*, (si verum docet *Acron* Grammaticus in *Horat.* de *Arte Poët.*) tam ambitiose digressionum amans, ut XXIV. libros impleret, (ut dicit *Porphyr. ibid.*) priusquam τὸν ἐπὶ Θήβαις perduceret. Verum *Proclus*, (apud *Photium* in *Chrestom.*) cui hac in parte tutius credendum, *Antimachum* & quatuor comites superius adductos ab *Epico Cyclo* aperte excludit. Κύκλος autem ἐπικὸς fuit historia mythologica à diversis descripta, sed in unum corpus congesta; in quo fabularum quicquid ab ipsis Deorum incunabulis ad reditum *Ulyssis* in Ithacam invaluit, mendax Græcia lætanter agnovit. Auctores ejus passim audiunt, Κύκλιοι, & ἐγκύκλιοι· opus ipsum, Κύκλος ἐπικὸς, κύκλια ἔπη, ποίημα ἐγκύκλιον, &c. sine addito, aliquando κύκλος. [Hisce adde quæ scripsit *Mallincrotus* in *Paralipom.* de *Hist. Gr.* p. 11.]

9 Hæc de operibus *Longini* à *Suida* memoratis: succedant, quæ *Porphyrius* (in *Vita Plotini*) retulit: inter quæ ordinem ducit liber [1] Περὶ ἀρχῶν, *De principiis*. *Philiarchæus* etiam geminum illi opus elaboravit, nisi malit quispiam τὰ Φιλαρχαίου sic accipere, ut Φιλαρχαῖον sit inscriptio alterius operis *Longini*. Utcunque habeat, hoc statuere possumus, syntagma illud politiori literatura refertum fuisse, licet prima fronte nihil minus polliceatur: inde enim illud *Plotini* effatum, *Longinum Philologum esse, Philosophum nequaquam.*

10 Πρὸς Πλατῖνον ἢ Γενναδιανὸν Ἀμέλιον περὶ τέλους, *De fine ad Plotinum & Amelium.* Continet responsum ad ea,

1 Vide *Testimonium primum* de *Longino.*

quæ ab iis objecta : librum inſcripſit *Marcello* cuidam.

11 Πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολή. *Epiſtolam* vocat, quod volumen erat; quia ad *Amelii* Epiſtolam reſcripta.

12 Περὶ τοῦ κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης, *De juſtitia ſecundum Platonem*: & hoc etiam contra *Amelium*.

13 Περὶ τῶν ἰδεῶν. In quo ſententiam ſuam de *Ideis*, adverſus *Plotinum* ejuſque hyperaſpiſtem *Porphyrium*, tuetur.

14 Πρὸς τὰ τῶν Στοϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησις. (*Euſeb. de Præpar. Evang. l.* 15.) *Diſceptatio adverſus Stoïcorum de anima opinionem*: in qua probat animam non eſſe corpoream. Sed vereor ne titulum iſtum *Euſebius* ipſe particulæ ab integro aliquo opere abſtractæ impoſuerit.

15 Περὶ συνθέσεως λόγων, *De compoſitione orationum*: qua de re duo ſyntagmata à ſe conſcripta refert *Sect.* XXXVIII.

16 Περὶ παθῶν, *De paſſionibus* commentarium promittit ad finem *Sect.* III. & *Sect.* XLIV. an abſolverit incertum.

17 *De actibus bellicis.* Librum *Romæ* ſervari refert *Geſnerus in Biblioth.*

18 Περὶ ποιητῶν, *De poëtis.* opus *Dionyſii Phaſelitæ*; citat *Nicandri* Scholiaſtes.

19 Κειμικά. *Laërtius* (in *Thalete*) citat *Dionyſium* ἐν Κειμικοῖς. Agnomen *Critici* huic noſtro datum facit, ut hoc ei opus adſcribam; nec enim dubito, quin *Laërtius* poſterior *Longino* eſſe poſſit. [Ex hoc tractatu forſan deſumptum eſt illud *Longini* de *Rhetoribus* teſtimonium, quod exſtat in præſtantiſſimo codice *Evangeliorum* Bibliothecæ *Vaticanæ Urbinatis*, ſignato *num.* 2. quod nobiſcum communicavit, Vir ſummæ doctrinæ pariter ac humanitatis, *Laur. Alex. Zacagnius*: Λογγῖνος ὁ κὴ ξήτωρ ἢ τῶν μεγάλων ξητόρων ἀναρίθμησιν συντάξιν ὅτως. Κορωνὶς δ' ἔσω λόγω πάντος καὶ φρονήματος Ἑλληνικῦ Δημοδόκης, Λυσίας, Αἰσχύλης, Ἀρισταίδης, Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοδόκης ὁ κὴ Κεῖδινος, Ξενοφῶν, πρὸς τύτοις Παῦλος ὁ Ταρσεὺς, ὃν πινὰ μὴ σεσῶσθαι φημι προϊσάμενον δόγματος ἀναπολίκτως.]

20 Hæc ſunt quæ enumeravit *Langbainius*. Reliqua, quorum recenſionem omiſit, nobis liceat adjicere. Inprimiſque veniunt Τὰ περὶ Ξενοφῶντος, *Commentaria de ſcriptis Xenophontis*; quorum meminit *Longinus* ipſe *Sect.* VIII. p. 20.

21 Τέχνη

21 Τέχνη ῥητορική, *Ars Rhetorica*. Laudatur ab [1] *Anonymo* in *Hermogenem*. Sed forsan idem erat cum libro Περὶ συνθέσεως λόγων· aut potius ille ipse libellus, quem, eodem titulo insignitum, habemus inter *Dionysii Halicarnassensis* Opuscula: quem ab eo abjudicat *Tan. Faber*.

22 Ὁδοίναδος [2], *Oratio in Hodænathum*: cujus indicium *Tan. Fabro* fecit *Emericus Bigotius* è Cod. MS. *Bibliothecæ Vaticanæ*.

23 Φιλολόγων *Longini* citat *Auctor Anonymus* vitæ *Apollonii*: quo opere de *Philologis* & *Grammaticis* egisse videtur.

24 Εἰς τέχνην ῥητορικὴν Ἑρμογένους, *In artem Rhetoricam Hermogenis*. Exstat in *Bibliotheca Vindobonensi*, teste *Nesselio*. Forsan idem cum libro memorato *num.* 21.

25 Περὶ μέτρων libellus; quem [3] *Holstenius* in *Bibliotheca Vaticana* adservari primus monuit: cujus particulam, beneficio Clarissimi juvenis *Jacobi de S. Amando*, hîc loci exhibere non gravabimur. Titulus sic se habet: Ἐκ τῆς Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου. Et mox sequitur: Τὰ συλλογιζόμενα εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων στίχων. Deinde: Ἀλλ' ἔστι νέα τῶν μέτρων ἡ διαίρεσις, ἔστι Μούσης εὕρημα παλαίας· ἐκείνην ἔχει καλῶς. ἀρχαῖα μὲν γὰρ ὅσα ἐν τῇ παλαιότητος ἔχει τὴν συμβουλήν· νέα δὲ ὅσα παιδευτέρα καθ' [4] Ὁμηρον, Τιμὴ γὰρ ἀοιδὴν πάντες ὁπλέουσ' ἄνθρωποι, Ἥτις ἀκοὴν τοῖσι νεωτάτη ἀμφιπέλεται. μέτρα ἦν πατρὸς ῥυθμὸς καὶ θεός· ἀπὸ ῥυθμοῦ γὰρ ἔχαν τὴν ἀρχήν· διὸ δὲ τὸ μέτρον ἀπεδέξατο· τῶν ἢ περὶ μέτρων λόγους πολλοὶ πολλαχῶς ἤρξαντο. οἱ μὲν ἀπὸ στοιχείων ὡς Φιλόξενος, οἱ ἢ ἀπὸ τῶν μέτρων ὧν ὡς Ἡλιόδωρος· ἡμεῖς δὲ Ἡφαιστίωνι κατακολουθήσομεν ἀπὸ συλλαβῆς ἀρξάμενοι. πρῶτον δὲ ὀλίγα προειπεῖν δίκαιον. τεκμήριον μέτρου ἀκοή· ἔνιοι γοῦν ὕστερον ἐμέτρησαν, μέτρον ὂν ποδῶν ἢ βάσεων συντάξις αἰσθήσει τῇ δι' ἀκοῆς ἁλισκομένων. [5] εἰ δὲ τὸ κεῖνον ὂν ἀκοή, τὸ κοσμοῦν ὂν φωνή· ὡς γὰρ τὸ ἔχον τὴν εὐρυθμίαν ἐκτείνασά τι καὶ συστέλλουσα φωνὴ σχηματίζει τὰς συλλαβάς, ὕστερον εἰσδεξαμένη κρίνει ἡ ἀκοή. ἀφ' οὗτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀπορρίπτεσθαι, σιωπώμενα ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ἕξει. καὶ αὖ πάλιν πολλὰς πλάσεις ἔχει πρὸς ἄλλα μέτρα εὕροι γοῦν ἂν τις ἁρμὸν Δημοδίνειον τὸ ἑξάμετρον στίχον ἡρωϊκὸν κεχρημένον,

1 Vide Testim. XII. 2 Hujus meminit *Libanius* lib. IV. Epist. CCXCIII. hisce verbis: Ὁδοίναδος ὁ λόγος. Λογγίνου δὲ ὁ λόγος. ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ. εἰ δὲ τοῦτον ἀπαιτοῦμεν, καὶ γοητείαν δίκαιον περὶ τὴν ὑπόκρισιν. 3 In notis ad *Porphyrium* de vita *Pythagoræ* cap. VI. p. 28. 4 Il. α. v. 350. 5 Vide *Hephæst.* p. 76. *Ed. Paris.*

μένον,

μβίου, ὃς ἀδωνίδη λαδεῖν ἀφὸ τὸ πρῶτ ὕστερ ἢ περφορὰν συναρπάσαι τῇ λήγῃ ἢ ἀκοίτι, φησὶ γοῦν· Τὸν δ' ἐν Αμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Βλάστημον ἦλθε Φίλιππος, ἦκος ἔσαν ἡρῶος· ἀλλὰ μὴ ἢ Ιωνικὸς, ὅταν λέγῃ, Πολλῶν δ' λόγων ἢ ἐπέων γενομένων παρ' ὑμῖν. τοῦτο δ' ἀντικρυς Ιωνικόν ἔσαν ἐπὶ μείζονι δ' ὅμοιον τῷ, Εὐμορφοτέρα Μνασυλίκη τῆς ἀνωλίας γυείννα. τὰς δ' τῶ μέτρων συνιμπλώσεις ἐν τοῖς ἔξῆς ὑποδείξομεν. Διαφέρει δ' μέτρον ῥυθμοῦ. ὕλη δ' τοῖς μέτροις ἡ συλλαβὴ, ἢ χρεὶς συλλαβῆς ἐκ ἂν γένοιτο μέτρον· ὁ δ' ῥυθμὸς γίνεται μὲν ἢ ἐν συλλαβῆς, γίνεται δ' ἢ χρεὶς συλλαβῆς· ἢ δὲ ἐν χρόνῳ, ὅταν μὲν δὲ τὰς χελωνίας ἄδωμεν τὰς σφύρας κινοφόρους τὰς, ἅμα τοῦτο ἢ ῥυθμὸν ἀκούομεν· καὶ ἵππων δ' πορεία ῥυθμὸς ἐνομίσθη, ἢ κίνησις δακτύλων, ἢ μελῶν σήματα, ἢ χορδῶν κτήματα, ἢ τῶν ἐγκίδων τὰ πλείσματα. μέτρον δ' ἐκ ἂν γένοιτο χρεὶς λέξεως ποίας ἢ ποσῆς. ἔστι τοίνυν ἀφορέσει ῥυθμῷ τὸ μέτρον, τὸ δὲ μὲν μέτρον σπουδάζοντας ἔχει τὰς χορύνας, μακρόν τι ἢ βραχὺ ἢ μὴ τοῦτον· τὸ κοινὸν καλοῦμεν· ὃς ἢ αὐτὸς πάντας μακρὸς δεῖ ἢ βραχύς. [1] ὁ δ' ῥυθμὸς, ὡς βούλεται, ἔλκει τὰς χορύνας· πολλάκις γοῦν ἢ ὁ βραχὺς χρόνος μακρὸς. ὅτι δ' τοῦτο ὕστις ἔχει ἢ ὁ ἀφορᾶν ἔσασιν οἱ ποιηταί. λάβωμεν παραδείγματα παιζόντως καὶ ἐν σπουδαζούσῃ φιλοσοφίᾳ. ὁ γοῦν Λεισοφάνης ἐν τοῖς νεφέλαις φησὶ, Σωκράτης εἰ ἢ τοδιδάζει Λεισοφάνης· πότερον οὖν μέτρων ἢ οὐκ ἐπῶν, ἢ οὐκ ῥυθμῶν; ἀνταδείξειεν γὰρ ἂν ἐκεῖνος καὶ ῥυθμῶν τὰ μέτρα. εἰς ἐξέτασιν γοῦν τὸ παράδειγμα σημειωτέον ὅτι τε ῥυθμὸς μέτρου ἀφορέσει, ἢ ὅτι ἔσασιν ἐν διδασκαλίᾳ οἱ παλαιοὶ ἢ σὺν μέτρων δυνείαν. τὸ δ' μέτρον λέγεται πολλαχῶς. ἢ δὲ ἢ οὐμασείαν μέτρον παραπαγορεύομεν, ὡς ὁ εἰπὼν Μέτρον ἄριστον· εἴτε σοφὸν ὑπόδειγμα, εἴτε θεῖον ἀνάθημα, Απόλλωνι δ' ἁρμοδιώτατον, ἐπεὶ ἢ μέτρων εὑρετής. λέγεται δ' μέτρον ἢ αὐτὸ τὸ μετρούμενον ἢ τὸ μετρέμενον. ὡς ὅταν εἴπωμεν ἢ μέδιμνον μέτρον, καὶ τῷ ἐν αὐτῷ μετρεῖσθαι μέτρῳ. ἀμφότερα δ' καλεῖται μέδιμνος· ἢ μὴ πάλιν εἰ εἴποι τοὶ τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ μετρῶ ποσότητά τινά· ἢ αὖ πάλιν αὐτὸ ἢ ποσότητα τοὶ παραπαγορεύσομεν ἢ αὖ πάλιν αὐτὸ τὸ ξύλον, ὃ μόνον ἔχει πῆχυν, πῆχυν παραπαγορεύομεν. ὅτου μὴ ὕπ ἢ ὅπ τοίνυν ἢ διαλείας πολλαχόθεν λέγεσθαι μέτρον. μέτρον δὲ καλοῦμεν πῶν τὸ μὴ πεζόν· ὅταν εἴπω τὰ μὲ Πλάτωνος πεζά, τὰ δ' Ομήρου μέτρα. μέτρον καλεῖται καὶ εἶδος ἑκάστου· ἢ ὅταν εἴπω μέτρον Ιωνικὸν, ἢ μέτρον Ιαμβικὸν, ἢ μέτρον Τροχαϊκόν. μέτρον καλεῖται ἢ πῆχος ἕκαστος, ὡς ὅταν εἴπω ἢ φράσῃ Ομήρῳ ἑξαφωνία μέτρα ἔχει χ̄. τοῦτο δ' Οδυσσεὺς ὁ μετρικὸς ἰσημειώσατο. εἰ τοίνυν μέτρον καλοῦμεν ἢ συζυγίαν, τυτέστι ἢ διποδίαν, ὡς

ἔστι

[1] Hæc verba usque ad ὅτι affert subjungit, δηλ. ἢ μέτρου πτῶσις ἢ ῥυθμὸς Scholiastes Hermogenis, p. 387. dein φησὶν ὁ Λογγῖνος.

ὅταν

ὅταν τὸ ἰαμβικὸν τὸ ἀπὸ ἓξ ποδῶν ἀκατάληκτον τρίμετρον καλοῦμεν μέτρον· καὶ τὸν χορόν, ὅτι τινὲς τῶν ξυθμικῶν σημείων προσαγορεύουσιν. ὃν δὴ τοῦτό γε ὅτου ἔχει, παράδειγμα τιθέντες ὁ τοὺς μὲν Ὀρφέως, τοὺς δὲ τῆς Πυθίας φθεγξαμένους· ἐκεῖ γὰρ τὸ ἔπος λέγων (ἢ λέγουσα) ὄρθιον ἑξαμερὲς τυγχάνον καὶ εἶκοσι μέτρων. καὶ ταῦτα ὅταν ἔχει ἁπανταχοῦ εἰρημένα μέτρον ἢ καὶ τὸ μετρουῦν καὶ τὸ μετρούμενον. ἔστι καὶ ὅτε ἓν προσεμβάλλων αὐτὸ τὸ μέτρον, τοτὲ μὲν τὸ ποίημα, μέτρον προσαγορεύεται, καὶ ἔκαστον τῶν μετρούντων ἢ ὁμοίας τυγχάνειν ὀνομασίας. χορὸς γὰρ συλλαβὴν ποιεῖ, συλλαβὴ δὲ πόδα, ποῦς δὲ συζυγίαν, συζυγία δὲ στίχον, στίχος δὲ τὸ ποίημα. πάντα γοῦν εἰκότως μέτρα προσαγορεύοι). γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ μέτρου ζήτημα τοῦτο, ὅ δὴ μεῖζόν, ἀφ' ἑαυτοῦ παρὰ τῇ Ποιητῇ, Ἴσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς. ὡς δὴ παρὰ τὸ σεῖο σεῖρον γίνεσθαι, καὶ παρὰ τὸ μέρος μέζον, καὶ παρὰ τὸ φέρω τὸ φέρτερον, ὅτου καὶ φθορὰ τὸ μείρω μέτρον· ὄναμαι χαίρειν δεῖ καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας ἢ μεσιστῆς. ἀεὶ δὲ ὁρῶν μέτρα νῦν εἰπεῖν οὐκ ἀναγκαῖον. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡφαιστίων αἰτιᾶται ἢ Ἡλιόδωρον ὅτι τοῖς ἐναρχομένοις χάριν τοῖς γὰρ ἀπείροις καὶ τοῖς μήπω ἢ μετρικοῖς γεγυμνασμένοις ἀδύνατον τοῦτο ἢ ὄφελος. Ἐπιγέγραπται δὲ ἐγχειρίδιον, ἐκ ὧν τινες οὐδὲν ὄφελος ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἀφ' ἑτέρου ἢ μεμονωμένων τὰς ψυχὰς, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐν χερσὶν ἔχειν τοὺς βουλομένους τὰ κεφάλαια ἢ μετρικῶν φθεγγομάτων. ὅτι δὲ ταῦτα ὅτου ἔχει Ἡλιόδωρος τῷ ἐγχειριδίῳ ἀρχόμενος ὧδε λέγει· Τοῖς βουλομένοις ἐν χερσὶν ἔχειν τὰ κεφαλαιωδέστερα ἢ μετρικῆς γέγραπται τὸ βιβλίον τοῦτο. ἤρξατο δὲ αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, ὡς ἔφην, ἀπὸ συλλαβῆς. ὕλη γὰρ τοῖς μέτροις ἡ συλλαβὴ, καὶ ἄνευ ταύτης οὐκ ἂν συστήναι τὸ μέτρον· τὸ ποιοῦν οὖν ἢ ποιηθέντος, ὅθεν ἄρξασθαι δίκαιον. οὐκ ἀπὸ ἢ γένους δὲ ἤρξαντο, ἀλλ' ἀπὸ ἢ εἴδους. διαφέρει δὲ τὸ εἶδος καὶ γένος. ἢ γένος μὲν ἔστι τὸ ἀσωμάτωτον εἰς εἴδη διαιρεθῆναι δυνάμενον· εἶδος δὲ ἀπὸ ἢ γένους διαιρούμενον, οἷον οὗτος λόγος ζῷον γένος, εἶδος δὲ αὐτοῦ ἄνθρωπον, ἵππον καὶ τὰ λοιπά. ὁμοίως ἡμῖν μὲν ἔστι ἡ συλλαβὴ, εἴδη δὲ αὐτῆς βραχεῖα καὶ μακρὰ καὶ κοινὴ καλουμένη. ἐκ δόξης δὲ αὐτοῖς ἀπὸ ἢ ἡμίσους ποιήσασθαι ἢ ἀρχεῖον. τεχνικὸς γὰρ ἔστιν ὁ λόγος, καὶ ἃ πάντα τοῖς μέτροις συμβάλλεται ἔστε δεῖ συλλαβὴν ἐπιλαβεῖν, ἔστε ἢ ἀεὶ αὐτῆς εἰπεῖν λόγον ἢ ἐτυμολογίας· καίτοι ἐν τοῖς τεχνικοῖς ἔλεγχον ἔχειν ὁ ὅρος. ἔτι δὲ συλλαβὴ φθορὰ τούτῳ ὀνόματι ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ ποσοῦτον στοιχείων εἰς ταὐτὸ συλλαμβάνειν. ὧν δὲ ἔξεστιν ὑφ' ἕνα τόνον φθόγγον παραλαβεῖν, ἂν εἴποι τις τοὺς μονοχρονιαίους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ζητήσουσιν οἱ τεχνικοί. ἐν δὲ τοῖς μετρικοῖς εἰδέναι δεῖ ὅτι πᾶσα βραχεῖα ἴσον καὶ πᾶσα μακρὰ ἴσον· καθόλου γὰρ αἱ μὲν εἰσι δίχρονοι, αἱ δὲ μονόχρονοι. ἐντεῦθεν ἢ μὲν Δακτυλον καλοῦμεν τετράχρονον, ἢ δὲ Πυῤῥίχιον δίχρονον, ἃ πολυπραγμονοῦντες ἢ ποιητικῆς λέξεως ἡ συλλαβὴς τὰ στοιχεῖα, ἃ δὴ ἐν ποσότητι καταειθ-

μοῦντες

μεμῶσης τὰς χόρτας, ἀλλ' ἐν λειμῶνι ὁ ποιητὴς. ἀφετέα δ' ἐστὶ ἡφαιστείας. ὅπου τοίνυν ὁ Ἡφαίστιων αὐτῷ ἐπεζήτησε. Quum hæc quæ attulimus, ut & alia ex eodem Codice descripta, parum admodum discrepent ab impressis Hephæstionis Scholiis, plura ibi dare ab instituto nostro alienum visum est. An à Longino sint, illi disquirendum relinquimus, qui manum medicam Hephæstioni admoturus est; cuique ea, quæ in scriniis nostris supersunt, bona fide reservabimus.

26. Περὶ ὕψους, *de Sublimitate* libellus, omni laude major: qui tamen ad nos, nisi magna sui parte mutilatus, non pervenit.

Ejus historiolam paucis accipe.

Primum è Bibliothecarum latebris eductus est à Francisco Robortello Utinensi, Romuli Amasæi alumno, notisque brevioribus ab eodem illustratus è prelo prodiit Joannis Oporini, Basileæ, MDCIV. 4to. *Anno subsequente Venetiis editur cura Pauli Manutii Aldi F. qui veterum Poëtarum versus, scribarum incuria in Codicibus Manuscriptis confusos commixtosque cum oratione soluta, notavit & distinxit. Atque ita evenit, ut de Longino typis Germanicis excuso ne fando quidem audiverit Manutius, uti licet conjicere ex Epistola ejus nuncupatoria ad eminentissimum Cardinalem Michaëlem Silvium, quem sic alloquitur:* ἐπέστειλα σοι δύσεγν μικρὸν. Διονύσιον Λογγῖνον περὶ ὕψους, Ἑλλησι συγγραφέα, καὶ τῶν παλαιῶν καὶ πάνυ ἀξιόλογον ὄντα, ὃς ἐν τῇ παρ' ἡμῶν τοῦ Βυζαντείνου Βιβλιοθήκῃ κατακεκρυμμένον ἀπήκριτο· καὶ ἴσως σὺ τῶν πολλῶν χείνῃ, ἃς πολλαὶ καὶ ἄλλαι χεκορώπται βίβλοι, καταδρώδη καὶ φῦλος ἐγίνετο, εἰ μὴ παρέσχεν μοι τοῖς ἁμαρτήμασι τύποις αὐτὸν ἀναπλάσαι. *Dein,* εἰς ὄφελον δὲ βίβλων ὁλοκληρισέων καὶ μὴ πλείστων λερωδεόσιν ἐκκεῖσθαι ἀνάγκαις. ἃ μὲν ἀλλ' ὁ νῦν ἀδιάκτων, ἐλπίζω δυνατὸν ἐκ εἰς μακρὰν ἀντιτυπωθῆναι ἴσως, ἴσασιν καί τι τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρξαι ἀντιγράφων, ὃ αὐτῷ εἰς τ' ἀρχαῖον καὶ γνήσιον χρῆμα τελείως ἀποκατασῶσαι. *Non longo post intervallo* (*sc. anno* MDLXIX.) *operam dedit Fr. Portus Cretensis, ut una cum Aphthonio & Hermogene nitidissimis J. Crispini typis recuderetur Genevæ, locis nonnullis ex Dudithii Cod. MS.* (*ut cum Cl. Langbainio auguror*) *restitutis, adjecto rerum indice accurato & locuplete. Hactenus Græce tantum studioso-*

[1] In notis ad Longinum p. 115.

rum

rum manibus teritur, nemine adhuc invento qui eum Latinis hominibus Latine loquentem communicaret: [1] *Muretus &* [2] *Dudithius, viri exquisiti judicii & admirandæ plane eloquentiæ, qui versiones promiserant, vel fato vel aliis causis præpediti, nihil (quod scimus) præstiterunt. Tandem vero illud in se recepit Gabriel de Petra, Græcæ Linguæ Professor in Academia Lausannensi, qui Latina à se adornata Græcis conjunxit, & cum Præfatione synoptica pariter ac Scholiis & Commentariis Joanni Tornæsio imprimenda commisit Genevæ* MDCXII. 8°. *Annis post* XXV, *hanc ipsam editionem, cum notarum longe doctissimarum auctario, Oxoniæ prelo subjecit Ger. Langbainius, vir sui ævi eminentissimus. Proxime subsecuta est Editio Bononiensis (anno* MDCXLIV*) cum triplici versione Gabr. de Petræ, D. Pizimentii, & P. Pagani, superioribus ut tempore ita & dignitate posterior, si fidem habeamus Tan. Fabro: qui, de interpretibus judicium ferens, censet Pizimentium & Paganum haud pluris faciendos esse, quam qui in Latio & Græcia peregrini sunt; Gabrielem vero aliquanto felicius se dedisse. Quamobrem bibliopolæ, ut ejus interpretationem (utpote quæ paucioribus vitiis urgetur) describendam curaret, auctor fuit idem Faber, quum annotationes suas in Longinum minores (nam & uberiores cum nova versione* [4] *pollicitus est) Salmurii ederet anno* MDCLXIII. 8°. *Postremo Jacobus Tollius Longinum de novo vertere agressus est; id quod ope tralationis* [5] *Gallicæ præstantissimæ datis feliciter absolvit, interpretationis genere paulo liberiore usus. Idemque, Codd. MSS. Vaticanis aliisque adjutus, et loca quamplurima depravata nonnunquam pulcherrime emendavit & meliora reddidit; ita & notas aliorum (bonas malasque sine discrimine, & ut ajunt integras) congessit; ediditque parvulum libellum, annotationibus suis amplissimis insuper* [6] *additis, molem in immensam excrescere Trajecti ad Rhenum* MDCXCIV. 4to. *Quo factum est, ut, quum plebem ingenuam, libri (forsitan & pretii) magnitudine*

1 In Commentariis quos in *Catullum* edidit. 2 In *Epist.* ad Lectorem præfixa *Dionysii Halicarnassei* de *Thucydidis* historia judicio. 3 In *Præfat.* ad Lectorem de sua *Longini* editione. 4 In *Præfat.* ad notas in *Longinum*. 5 Quam debemus *Boilavio*, suis & *Dacieri* notis illustratam. 6 Ut & versione notisque *Gallicis*.

à legendo abſterreri cerneremus, literarum amantibus rem non ingratam fore duxerimus, ſi in formam minorem priſtinamque redigeretur: ita tamen ut nihil bonæ frugis reſecaremus, ſed luxuriantem duntaxat notarum ſylvam coërceremus. Quin & illud nobis propoſitum, ut textum Longini cum Fragmentis adjunctis non ſolum mendis Typographicis (quibus aliæ, noviſſima præſertim, fœdatæ erant editiones) & interpunctionibus perverſis liberaremus; ſed & integritati ſuæ & nitori, quoad ejus fieri poſſet, reſtitueremus. Quem in finem ob oculos habuimus impreſſa omnia notæ alicujus exemplaria, ut & [1] Cod. MS. è Bibliotheca inſtructiſſima viri celeberrimi, Joannis Mori, Elienſis Epiſcopi. Nec minori nobis curæ erat Verſio Latina: quam ut aliquoties corrigeremus & emacularemus, ita & juſto latius excurrentem (verba otioſa amputando) ad Græca revocaremus, nobis concedendum putavimus. Deinde, ut φιλολογους cumulatius demereremur, de novo tres Indices confecimus; qui non ſolum Rerum & Verborum copiam ſuppeditarent, ſed & Annotationes prolixiores, quæ ad imum cujuſque paginæ commode ſubjici non potuerunt. De noſtra hac in re opera nolumus tecum (benigne Lector) accuratius aut pluribus verbis agere; quid inter noſtras aliorumque curas interſit, tibimet æſtimandum relinquentes. Hoc tantum te rogamus, ut quicquid præſtiterimus æqui bonique conſulas; eoque magis, quod præter exſpectationem illud ad te accedat; quum [2] alii, majora polliciti, ſuis non ſteterint promiſſis.

1 Cujus *Lectiones Variantes* (quum ſerius aliquanto ad manus venerit *Codex* iſte) ad calcem libri rejecimus. 2 *Leo Allatius* (in ſuis ad *Euſtathii Hexaëmeron* notis p. 6.) dicit ſe ſcripturum eſſe *Commentarium* in *Longinum*. Meminit etiam (in *Apibus Urbanis* p. 45.) *Antonii Quarengi* diſputatiunculæ de *Longini* judicio in *Comparatione Ciceronis & Demoſthenis*. Quin & *Schioppius* (ut conſtat ex *Caſauboni* Epp. p. 665. *nuperæ Editionis*) minatus eſt ſe aliquid ſcripturum eſſe contra *Longinum*.

VE-

VETERUM ET RECENTIORUM DE LONGINO JUDICIA ET TESTIMONIA.

1. *Porphyrius in vita Plotini, p.* 10, 11, 12, 13, 15.

Ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ [Πλωτίνῳ] τοῦ τι περὶ ἀρχῶν Λογγίνου καὶ τοῦ φιλαρχαίου· φιλόλογος μὲν ἔφη Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς. —— Οθεν ὁ Λογγῖνος μὲν συσσφωνῶν τὰ περὶ ὁρμῆς Κλεοδάμῳ τε καὶ μοὶ Πορφυρίῳ, Κλεόδαμέ τε καὶ Μάλχε πεπράγαμεν. —— Ην δὲ ἔσχε καὶ Λογγῖνος περὶ τοῦ Πλωτίνου δόξαν, ἐξ ὧν μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ γράφων ἐσήμαινον, δηλοῖ μέρος ἀπιστολῆς γραφούσης πρός με, ἐπέχον τοῦτον τὸν τρόπον· ἐξιόντων γάρ με ἀπὸ τῆς Σικελίας κατάπλου πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησί· Καὶ οὐ μόνον ——. Ταῦτα ἀπαλλόν σοι δοκοῦντα τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐλεγκτικώτατον γενομένου, καὶ τὰ τῶν ἄλλων σχεδὸν πάντα τὸν καθ' αὐτὸν διελέγξαντος. —— Επι δὲ τοῦ Λογγίνου ἃ ἐν τῷ συγγράμματι γέγραφε πρὸς Πλωτίνον τε καὶ Αμελίου καὶ τὸν καθ' ἑαυτὸν γεγονότων φιλοσόφων, ἀναγκαῖον δοκοῦσιν, ἵνα καὶ πληρὴς γένηται ἡ περὶ αὐτῶν κρίσις, οἷα γέγονε τοῦ ἐλλογιμωτάτου ἀνδρὸς καὶ ἐλεγκτικωτάτου. Επιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον, Λογγίνου πρὸς Πλοτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Αμέλιον περὶ τέλους. Εχει δὲ τοιόνδε· Πολλῶν καθ' ἡμᾶς —— Αρκεῖ τοίνυν ὁ τοσοῦτος ἀνὴρ, καὶ ἐν κρίσει πρῶτος ὢν καὶ ὑπολημπτικὸς ἄχρι νῦν. Quum liber Longini & Philarchæi *De principiis* lectus esset: Philologus quidem (dixit) est Longinus, Philosophus vero nequaquam. —— Quocirca Longinus, dedicans quæ scripsit *De conatu* Cleodamo mihique Porphyrio,

phyrio, ſic exorſus eſt; *Cleodame atque Malche.* ——— Quid vero Longinus ſenſerit de Plotino, per ea maxime quæ ego ad eum ſcribens ſignificaveram, declarabit pars Epiſtolæ hoc ad me tenore perſcriptæ. Quum enim operæ pretium judicaret, me à Sicilia ad eum in Phœniciam proficiſci, libroſque Plotini mecum afferre, ſic ait: *Tu quidem* ———. In ſuperioribus enarrandis idcirco fui prolixior, ut demonſtrarem quid judicaverit de Plotino vir ille noſtræ ætatis Criticorum optimus: qui fere omni ſui temporis Scriptorum opera diſcuſſit atque redarguit. ——— Præterea neceſſe habeo referre quæ in Opere ipſo *Longinus* ſcripſit de Plotino & Amelio & ceteris ſui ævi Philoſophis; ut certius conſtet quam de illi ſententiam tulerit vir elegantiſſimus, atque ingeniorum cenſor acerrimus. Liber hunc præ ſe fert titulum, *Longinus de fine ad Plotinum & Gentilianum Amelium.* Sic autem ſe habet: *Quum multi* —— Satis eſt ergo vir tantus, judicioque primus, hactenus à nobis in teſtimonium adductus.

II. *Euſebius de Præparatione Evangelica, lib.* x. *cap.* III. *p.* 464. *Edit. Pariſ.*

Τὰ [1] Πλωτίνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι κέκληκεν, ἄλλους τε πολλούς. ——— Athenis quum ad celebrandam Plotini memoriam convivio nos Longinus exceperat, interque complures alios &c.

III. *Libanius Sophiſta, Epiſt.* CCXLIII. *l.* III. *cujus indicium Emericus Bigotius Tanaquillo Fabro fecit, è Cod. MS. Bibliothecæ Vaticanæ.*

Ὀδηνάθου τὸν λόγον· Λογγῖνος δὲ ὁ λόγος· ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὺ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ πληρῶσαι δίκαιον πρὸς τοὺς ὑποσχέσεις. *Odenathum* (eſt autem Longini [2] oratio) ipſe quidem peto, te vero dare oportet, fidemque promiſſi muneris exhibere.

1 Πλατώνεια ex *MS.* uno legendum eſſe contendit *Vigerus*, ſuamque firmat ſententiam ex verſu ult. pag. 467. ubi expreſſa mentio *Feſti* in honorem *Platonis* celebrati.

2 Si ita tuliſſet fatum literarum, ut ne illa oratio periſſet, multa hodie de bellis Orientalibus, quæ Odenatus ſuſtinuit, quæque adeo jejune à minoribus illis Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus prodita fuerunt, teneremus. *Faber.*

IV. *Euna-*

IV. *Eunapius de Vitis Philoſophorum & Sophiſtarum, p.* 16. *&* 17. *Edit. Col. Allobr.*

Τυχὼν δὲ [Πορφύριος] τ προπαιδείας, ἀνά τε δραμε τοσοῦτον χ ἐπέδωκεν, ὡς Λογγίνῳ μὲν ἰῷ ἀκροατὴς, ἐκόσμει τ διδάσκαλον ἐντὸς ὀλίγου χρόνου. Λογγῖνος δὲ κατὰ τ χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τὶς ἦν ἐμψυχος χ περιπατῶν μουσεῖον, χ κρίνειν γε οὐ παλαιὸς ἐπετέτακτο. —— Μάλχος δὲ —— ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα· —— Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος. Παρ' ἐκείνῳ δὴ τὴν ἄκραν παιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἀπίσης, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀφιγμένος & ῥητορικῆς. —— Ην γὰρ ὁ Λογγῖνος ἀκρῳ τ τότε ἀνδρῶν τὰ πάντα ἄριστος· χ τ βιβλίων τε αὐτῶν πολὺ πλῆθος φέρεται, & τὸ φερόμενον θαυμάζεται. καὶ τις κατέγνω τινὸς τ παλαιῶν, ἐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου ἐκράτει κρίσις. Is vero, [Porphyrius] liberaliter ab ineunte ætate doctrina inſtitutus, in tantum profecit, ut Longini factus diſcipulus brevi præceptori ornamento fuerit. Longinus ea tempeſtate viva erat quædam Bibliotheca & ambulans Muſéum; cui de Veteribus judicandi poteſtas permiſſa erat. —— Porphyrio —— nomen initio fuerat Malchus: —— Porphyrium autem nominavit Longinus. Apud ipſum ſublimibus ſtudiis erudiebatur; ad ſummam Grammaticæ artis & Rhetorices cognitionem non minori laude, quam ille, attingens. —— Longinus ceteris omnibus ſuæ ætatis longe antecelluit, & librorum ejus ingens circumfertur multitudo; qui & ipſi magnam *rectis* admirationem moverunt. Ac ſi quis vetuſtum auctorem aliqua in parte reprehendiſſet, non rata habebatur opinio, donec illam Longini confirmaſſet judicium.

V. *Zoſimus in Hiſtoriæ libro* I. *p.* 51. *Edit. Oxon.*

Τῆς δὲ πόλεως ἡγούμενος κύριος, καὶ τὰ κατὰ ταύτην λάτα χ τ ἄλλης ἀποσκευῆς καὶ ἀναθημάτων κρατήσας, ἀπελθὼν εἰς τὴν Εμισαν, εἰς κρίσιν ἦγαγε Ζηνοβίαν τε τοῦ ταύτῃ συναραμένης. Επεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγε, ἑαυτὴν [1] ἐξαίρεσα,

[1] ἐξαίρουσι, πολλές τε ἄλλας ἦγεν εἰς μέσον, ὡς [2] θελγομένους οἷα γυναῖκα· ἐν οἷς ἦν Λογγῖνος ὧν, ἃ συγγράμματά ἐστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα. Ωπερ, ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένῳ, θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν· ὧν ὅτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς ἀχθομένους ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι. Oppido ſuam in poteſtatem redacto, quum divitiis ejus & ſupellectile reliqua & donariis potitus eſſet, Emiſam reverſus, Zenobiam cum illis qui eam juverant pro tribunali ſtitit. Illa cauſas exponens, & culpa ſemet eximens, multos alios in medium producebat, qui eam veluti feminam ſeduxiſſent: quorum in numero & Longinus erat, cujus exſtant Scripta magnam doctrinæ ſtudioſis utilitatem adferentia. Ei, convicto de his propter quæ accuſabatur, ſtatim pœnam mortis imperator ſtatuit: quam adeo fortiter Longinus pertulit, ut illos etiam qui hanc calamitatem indigno ferebant animo conſolaretur.

VI. *Proclus l.* I. *pag.* XXVII. *Comment. in Platonis Timæum.*

Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ἐπισημαίνεται πάλιν, ὅτι φροντίζει καὶ ὀνομάτων ὥρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτά. —— Οὗτος μὲν ἂν φιλόλογος, ὥσπερ Πλωτῖνον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ οὐ φιλόσοφος. Longinus rurſum hoc loco notat Platonem orationis elegantiæ & varietati ſtudere, quum unam atque eandem rem diverſis modis efferat. —— Atqui ille, quod Plotinus de eo dixiſſe fertur, Philologus eſt, non Philoſophus.

VII. *Theophylactus Archiep. Bulgariæ, Epiſt.* XVII.

Μή μοι οὖν τὰς Λογγίνου κρίσεις περίαπτε, μὴ καὶ δόξῃς τισὶν αὐτός γε οὐ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν. Ne mihi igitur Longini cenſuras attribuas, ne & ipſe nonnullis non ſecundum Longinum judicare videaris.

1 Rectius ἐξαιροῦσι. *Sylb.* 2 Καὶ οὐ καὶ Λογγῖνος, ὃ συγγρ. malit *Steph.*

VIII. *Photius*

VIII. *Photius in Bibliotheca, Cod.* 265.

Φασὶ δὲ τὸν Δημοσθένην, πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη, τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἤτοι τὸν Πρὸς Λεπτίνην φιλοτιμήσασθαι λόγον· τὸ μὲν προοίμιον Λογγῖνος μὴ ὁ Κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει. ἐπὶ Κλαυδίου δὲ ἔτος ἦκμαζε, καὶ τὰ πολλὰ συνηγονίζετο Ζηνοβίᾳ τῇ τοῦ Ὀσροηνῶν βασιλίδι, τῷ δεχθῆναι κατεχούσῃ, Ὀδηναθάου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος· ἐφ' ᾧ μεταβαλεῖν τὰ Ἰουδαίων ἔθη ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας, πάνυ ἀναγράφει λόγος. Ajunt & Demosthenem, quatuor & viginti annos natum, orationem *De immunitate*, sive *contra Leptinem*, conscripsisse; cujus procemium agonistikon esse putat Longinus Criticus: qui Claudio imperante floruit, causasque plurimas egit, Zenobia Osroënorum regina imperium tenente, mortuo jam Odenatho marito; quam prisci tradunt scriptores ab impietate gentium ad Judæorum mores traductam.

IX. *Suidas voce* Λογγῖνος.

Λογγῖνος ὁ Κάσσιος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου, πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς γενόμενος. Ἦν δὲ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τοῦ Καισαρος, καὶ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ, ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ, τῇ Ὀδηναθάου γυναικί. Ἔγραψε, Περὶ τοῦ κατὰ Φειδίου· Ἀπορήματα Ὁμηρικά· Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος· Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'· Τίνα ὡσαύτως εἰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται; Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινόντων λέξεων, δ'· Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴ β', εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον· Λέξεις Αντιμάχου καὶ Ηγησιάνακτος· καὶ ἄλλα πολλά. Longinus Cassius, philosophus, Porphyrii Philosophi magister, vir magna doctrina acrique judicio præditus. Vixit sub Aureliano Imperatore, & ab eo occisus est, quod cum Zenobia, Odenathi uxore, conspiraret. Scripsit, *De oratione contra Phidiam*: *Dubitationes Homericas*: *An Homerus fuerit Philosophus? Problemata Homeri & solutiones libris duobus*: *Quænam contra eidem historiæ tanquam historica enarrent Grammatici? De vocabulis*

vocabulis apud Homerum multas ſignificationes habentibus libros quatuor: Atticorum vocabulorum editiones duas, ſecundum ordinem alphabeticum digeſtas: Vocabula Antimachi & Heracleonis: & alia multa.

X. *Idem voce* Πορφύριος.

Ην δὲ [Πορφύριος] ϗ Λογγίνε τῦ Κριτικῦ ἀκροατὴς. Erat autem [Porphyrius] auditor Longini Critici.

XI. *Idem voce* Φρόντων.

Φρόντων Εμισηνὸς, ῥήτωρ, —— ἐτελεύτησε ἐν Αθήναις, —— ϗ ἀδελφῆς Φροντωνίδος παῖδα ὄντα Λογγῖνον τ̃ Κριτικὸν κληρονόμον κατέλιπεν. Fronto Emiſenus, Rhetor, —— Athenis obiit, —— & Longinum Criticum, ſororis Frontonidis filium, hæredem reliquit.

XII. *Anonymus in Hermogenis Rhetoricam, p.* 380. *Edit. Ald.*

Καὶ δὴ Λογγῖνος ὁ Φιλολόγος ἐν τῇ Ρητορικῇ τέχνῃ μόνης τ̃ λέξεως εἶναι λέγει τὰ σχήματα, αὐτᾶις λέξεσι φάσκων ὅτως· Οσα σχήμ. —— Et Longinus Philologus in *Arte Rhetorica* ſolius dictionis figuras eſſe contendit, hiſce verbis: *Quæ Schemata &c.* Vide Fragm. IV. p. 250.

XIII. *Flavius Vopiſcus in Aureliano.*

Grave inter eos, qui cæſi ſunt, de Longino Philoſopho fuiſſe perhibetur; quo Zenobia magiſtro uſa eſſe ad Græcas literas dicitur: quem quidem Aurelianus dicitur occidiſſe, quod ſuperbior illa Epiſtola ipſius diceretur dictata conſilio, quamvis Syro eſſet ſermone contexta.

XIV. *D. Hieronymus ad Ruſticum.*

Criticum diceres eſſe Longinum, cenſoremque Romanæ facundiæ.

XV. *Petrus*

XV. *Petrus Victorius in Præfat. ad Demetrium Phalereum.*

Idem etiam efficere voluisse Dionysium Longinum apparet, qui inscripsit librum suum, in quo de excelso loco inter oratores disputavit, περὶ ὕψους ac quomodo certo itinere perveniri posset ad altissimum illum eloquentiæ gradum, diligenter monstravit.

XVI. *Idem in lib. Aristot. de Arte Poët.*

Meminit tamen Longinus in libro περὶ ὕψους hujus reditus Græcorum. Est autem, ubi magnus ille Rhetor, & qui plurimum judicio valuit, celebrat quasdam eximias phantasias poëtarum &c.

XVII. *Idem Var. Lect. lib.* XXIX. *cap.* XVIII.

Dionysius Longinus magister dicendi magnus, & qui studii multum posuit in existimandis scriptis veterum auctorum &c.

XVIII. *Et lib.* XXXII. *cap.* XII.

Ut accurate docuit eruditissimus magister dicendi, & maximus existimator veterum scriptorum, Dionysius Longinus.

XIX. *Rursus lib.* XXXV. *cap.* II.

Dionysius Longinus, magnus dicendi magister, nec minor existimator scriptorum alienorum.

XX. *H. Stephanus Dissert. de Criticis.*

Verum (ut à Græcis longius non discedam) inter eos, qui hoc juris aperte, & non tanquam aliud agentes, sibi sumpserunt, præcipui longe distantibus inter se temporibus fuerunt Dionysius Halicarnasseus & Dionysius Longinus.

XXI. *G. Canterus lib.* II. *Nov. lect. c.* XXV.

In Sublimitatis præceptis hoc etiam recenset Longinus, Rhetor doctissimus.

XXII. *Vs. Casaubonus in* II. *lib. Suetonii.*

Longinus in doctissimo περὶ ὕψους libello.

XXIII. *Idem in Prolegomenis ad Persium.*

Dictiones tropicas magnitudinem naturâ suâ habere, affirmat Longinus, τὰ πάλαι κριτικῶν κριτικώτατος.

XXIV. *Idem ad Athenæi lib.* I.

Habes apud Longinum in elegantissimo περὶ ὕψους libello.

XXV. *Idem in Exercit.* I. *adv. Baronium.*

Nunquam, opinor, id facturus, si tantopere verbi Divini majestatem esset admiratus, ac fecit olim Criticus insignis, paganus tamen homo, Dionysius Longinus; cujus exstat aureolus περὶ ὕψους libellus.

XXVI. *Dom. Baudius Centur.* III. *Epist.* XXXVI.

Ἡ δὲ τῶν λόγων κεῖσις &c. ut recte & sapienter definit subactissimi judicii Rhetor Longinus, qui nunquam dimittit sedulum & attentum lectorem sine bonæ frugis proventu, *& cum spe avide manat in venas animumque.*

XXVII. *Nicol. Caussinus lib.* II. *cap.* XXIII. *Eloq. Sacr. & profanæ.*

Hæc magnus oratorum Criticus &c.

XXVIII. *Jo. Caselius in Rhetore.*

Supereſt Dionysius Longinus, quem supra magistros dicendi collocо. Quando enim suam de summo genere dicendi sententiam ostendit, non solum ibi oratorum, sed omnis generis scriptorum subtilis & acer, nec iniquus censor est; homo doctissimus, & summi sincerique judicii.

XXIX. *Lud. Cresollius in Theatro Vett. Rhetorum, lib.* I. *cap.* XV.

Longinus summo vir judicio.

XXX. *Janus*

XXX. *Janus Rutgerſius Var. Lect. lib.* I. *cap.* X.

Talem innuebat Euripides in verſibus quibuſdam, quos affert Dionyſius Longinus in aureolo libello περὶ ὕψους.

XXXI. *Lucas Holſtenius de vita & ſcriptis Porphyrii, cap.* VI.

Longini ingenium accuratum, limatum judicium, atque eruditionis copiam ſatis oſtendit libellus de Sublimi genere orationis: tum quædam ἀνέκδοτα περὶ μίμησεως, quæ ex Vaticana Bibliotheca deprompta mihi oſtendit Leo Allatius.

XXXII. *Dan. Heinſius in Prolegomenis in Ariſtarchum ſacrum.*

Quo & maxima ex parte ſpectant, quæ in Alcidamante tertio Rhetoricorum Ariſtoteles; quæ in Leontino Gorgia, Calliſthene, Clitarcho, Hegeſia, Matride, atque aliis, ſummus vir Longinus maximo judicio notavit, quæ nec imperiti nec vulgares aſſequuntur. Eſt enim ut ingenii excelſi, ita quod præclare ab eodem dicitur, experientiæ ſuprema ſobole hæc judicandi ratio. *Et poſtpaullo*: Judex accuratus Longinus, quem ab eruditione varia Πολυμαθῆ ac Criticum fuiſſe dictum notat Suidas &c.

XXXIII. *Idem paulo ante.*

Criticæ non parva & peculiaris quædam pars ad eloquentiam tranſlata eſt: quam ad artem Rhetorum, ut Criticorum Princeps Ariſtoteles, ita Cicero, Fabius, Longinus, Hermogenes, Demetrius & Dionyſius traduxerunt. Quorum ſcripta qui non legit, nunquam in dicendo, quod oportet, obtinebit; nunquam recte de antiquitate judicabit.

XXXIV. *G. J. Voſſius de Arte Gramm. lib.* I. *cap.* V.

Longinus Caſſius Grammaticus, idem Rhetor & Philoſophus, qui Aureliani ætate egit apud Zenobiam Palmy-

renorum Reginam, interque alia de Atticis vocibus duas reliquit editiones.

XXXV. *Idem lib.* VI. *Inſtit. Orator. cap.* II. §. I.

Dionyſius Longinus Rhetor *κεντυρίων*, qui ſub Aureliano Cæſare ablectum & plane aureolum reliquit libellum *περὶ τέλους*.

Con-

Conſpectus Sectionum.

SECTIO I.

cilii de Sublimitate libel-lum imperfectum eſſe: & quare? pag. 1

SECT. II.

um quæ Sublimitatis ars ſit? 5

SECT. III.

inani tumore, ac puerili di-endi genere, necnon Paren-thyrſo. 7

SECT. IV.

frigido. 11

SECT. V.

de ea fluant vitia, de quibus ſupra diſputatum? 15

SECT. VI.

æ Sublimitatis ſcientiam & udicium non eſſe in pro-livi. 16

SECT. VII.

omodo id, quod Sublime eſt, ntelligi cognoſcique poſſit? 17

SECT. VIII.

inque eſſe Sublimitatis veluti ontes. 20

SECT. IX.

ſenſuum altitudine. 23

SECT. X.

mmorum & validiſſimorum onſequentium collectionem, ompoſitionemque, cauſam eſſe Sublimitatis; & quomodo? 33

SECT. XI.

auxeſi, ſive amplificatione. 41

SECT. XII.

mplificationis definitionem a-pud Artis ſcriptores minus re-ctam ac veram eſſe. 42

SECT. XIII.

ſublimi dicendi genere Plato-nis: nec non de imitatione. 45

SECT. XIV.

Optimos nobis ſcriptores in ſcri-bendo velut ante oculos con-ſtituendos eſſe. 49

SECT. XV.

De viſionibus. 50

SECT. XVI.

De figuris. 58

SECT. XVII.

Figuras & Sublimitatem ſuppe-tias ſibi invicem ferre: ubi ac quomodo? 62

SECT. XVIII.

De interrogatione & percunta-tione. 64

SECT. XIX.

De aſyndetis, ſeu diſſolutis. 67

SECT. XX.

De figurarum coacervatione, ſeu congerie. 68

SECT. XXI.

Copulas orationem enervare. 70

SECT. XXII.

De hyperbatis, ſive tranſgreſſio-nibus. 71

SECT. XXIII.

De polyptotis, aliiſque id genus figuris: item de ſingularibus & pluralibus. 74

SECT. XXIV.

Singularia quandoque ſuppedi-tare Sublimitatem. 77

SECT. XXV.

Præterita, ac ſi in præſenti ge-rantur, exponenda. 79

SECT. XXVI.

De perſonarum commutatione. 79

SECT. XXVII.

De perſonæ in perſonam aliam commutatione. 81

SECT. XXVIII.

De circumlocutione. 85

SECT.

SECT. XXIX.
Circumlocutionem immodicam insulsam esse ac puerilem. 87
SECT. XXX.
De verborum delectu. 88
SECT. XXXI.
De idiotismo, seu de verbis vulgaribus. 90
SECT. XXXII.
De metaphorarum multitudine. 91
SECT. XXXIII.
Utrum potior sit ac præstantior oratio, omni quidem vitio, sed & Sublimitate carens, an Sublimis aliquando peccans? 99
SECT. XXXIV.
De eodem argumento: Demosthenis & Hyperidis comparatio. 102
SECT. XXXV.
De Platone & Lysia. 106
SECT. XXXVI.
De carente vitio oratione, & Sublimitate [in oratione vitiis non carente] 109
SECT. XXXVII.
De comparationibus & imaginibus. 111
SECT. XXXVIII.
De superjectionibus. 112
SECT. XXXIX.
De compositione. 116
SECT. XL.
De membrorum compositione. 120
SECT. XLI.
Quænam potissimum Sublimitati adversentur? 123
SECT. XLII.
De oratione nimis concisa. 124
SECT. XLIII.
De verborum exilitate; item de amplificatione. 125
SECT. XLIV.
Quæstio nobilis: unde ea præstantium ac vere Sublimium scriptorum nunc sit penuria? 130

Syllabus Fragmentorum Longini.

I. *Ex Porphyrio de vita Plotini, p.* 13. *Edit. Basil.* 138
II. *Ex Porphyrio in vita Plotini, p.* 12. *Edit. Basil.* 145
III. *Ex Eusebii Præparatione Evangelica, lib.* 15. *p.* 822. *Edit. Paris.* 147
IV. *Ex Anonymi Comment. in Hermog. p.* 380. *Edit. Ald.* 150

Particulam libri περὶ Μιμήσεως *exhibuimus in Præfatione.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΥΨΟΥΣ.

ΤΜΗΜΑ α'.

Ὅτι τὸ Καικιλίου συγγεγραμμένον, τὸ περὶ Ὕψους, ἐλλιπές ἐστι καὶ διόπερ.

ΤΟ μὲν Καικιλίου συγγεγραμμένον, ὁ περὶ Ὕψους σαυτάξαθ', ἀπασχοληθέντες ἡμεῖν, ὡς οἶδα, κοινῇ, ἐξετάσαμεν Τερεντιανὲ φιλτάτε, τὰ μὲν ἱκανῶς ἔφαμεν τ' ὀλίγης ὠφελείας, καὶ ἤπιστα τ' χαρίεντ' ἐφαπτόμενον, καὶ πολλοῦ τ' δεομένου, ἵνα μάλιστα δεῖ προσέχεσθαι τ' γραφόντα, περὶ ποίων

DIONYSII LONGINI DE SUBLIMITATE LIBELLUS.

SECTIO I.

Cæcilii de Sublimitate libellum imperfectum esse: & quare?

QUUM Cæcilii de Sublimitate libellum paulo pluribus, ut tute scis, una legeremus, ea fuit utriusque nostrum existimatio, Postumi Terentiane dilectissime, eum illum tenuiter atque perexiliter istud argumentum persecutum esse; & quod ea quæ præcipua erant, inprimisque tractanda, ne quidem attigerit; & non multum utilitatis, quæ maximæ scribenti curæ esse debet, lectoribus attulerit.

